



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119193

§. 130. Hieronymi Farnesii Cardinalis decessus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67332](#)

Sæc. XVII. etiam pietate Beatæ Virgini Lauretae
A.C. 1668. nœ addictus erat, ut ejus studio Roma
 quotannis celebritas translatæ hujus
 Domus solemini apparatu celebraretur.
 Obiit tandem Romæ eadem hora & die,
 qua natus erat, scilicet vigesima tercia
 Januarii, annos natus septuaginta
 quatuor.

§. CXXX.

*Hieronymi Farnesii Cardinali
 deceſſus.*

*Ciacon. in
 vit. Ale-
 xandri VII.* Sequentis Mensis die decima octava
 naturæ debitum solvit Hieronymus
 Farnesius patria Romanus, qui gen-
 ris sui nobilitatem raro virtutum splen-
 dore, & vastissimæ eruditionis gloriæ
 illustrans, dignitates quibus posse
 emicuit, propriis meritis mercatus est
 primo enim per undecim & his amplius
 annis Referendarii munere summa cum
 laude defunctus, Patrensis Archiep-
 scopus, & Apostolicus ad Helvetios &
 Rhætos Nuntius renuntiabatur, qua in
 legatione dissidia inter Ecclesiasticos &
 ſeculares exorta compescuit, discipli-
 nam Monasticam restituit, religionem
 Catholicam & Curiensem Episcopatum
 ab hæreticorum infidiis & violentia
 vindicavit, simulque Sedunensi Eccle-
 ſiæ ſuo Episcopo diu orbatæ dignum
 Pastorem præfecit. His præciare gesta

Ro-

Romam reversus, pluribus Congrega- Sæc. XVII.
 tionibus assiduus aderat, ac per inte- A. C. 1668.
 grum decennium Ecclesiæ utilitatem,
 & Ecclesiasticorum honorem promovere
 toto studio adlaborabat, donec ab In-
 nocentio X. Romanæ Urbis Prætura
 honoratus esset, ubi in facinorosos,
 necnon Ministros sua auctoritate abu-
 tentes æqua severitate animadvertebat,
 pauperes vero largioribus eleemosynis
 adjuvari, puellasque artibus suo sexui
 congruis institui curabat. Talem, tan-
 tumque Virum Alexander VII. jure me-
 rito Romana Purpura & Bononiensi Le-
 gatione honorabat: hæc ipsa vero di-
 gnitas Hieronymo calcar ad majora
 addidit; quippe mira integritate omni-
 bus justitiam æqua lance administravit,
 urbem novis ædificiis, Sacellum S.Ca-
 roli Borromæi sumptuoso ornatu, &
 Aulam Farnesianam raris picturis au-
 gustiorem reddidit: nec tamen suæ
 animæ incurius, cum mortem semper
 sibi vicinam reputaret, duo Sacerdotia
 pro totidem sacrificiis in animæ suæ
 refrigerium quotidie offerendis, nec-
 non sex pariter Canonicorum Collegium
 eundem in finem instituit, ingentem-
 que pecuniarum vim suis domesticis le-
 gavit: Demum anno ætatis suæ sexa-
 gesimo octavo Romæ pie in Domino
 obdormivit.

Aa 4

§. CXXXI.